

tis precibus ab eo extortis, ut suæ immemor
injuria suffragaret Salernitanis; Ismaëlitarum
(15) obsidione vallatis, prædicans illi judicium
Domini, in quo unusquisque secundum adin-
ventionem manuum suarum sit recepturus.

10. Unde pius commotus Augustus arma-
tam direxit multitudinem, ut, Domino pro-
tectore, bellum inirent adversus illos. Qui ce-
leriter venientes, atque plurima cæde Sar-
acenos prostrantes, triumpho de cœlo donato,
victoriosissimi repedarunt. Cæsarius (16) ve-
rò germanus ipsius prædicti Præfulus in ipfa

(15) Ismaëlitarum nomine etiam appellantur Sarace-
ni vel Agareni, de quibus Nicolaus de Lyra in
cap. 10. Ilaïs sic scribit: Arabes sunt Sar-
aceni ab Ismaële & Cedar filio ejus, qui me-
lius à matre sua Agareni.

(16) De hoc S. Athanasii fratre meminit Carolus Si-
gonius lib. 5. de Regno Italie, aliisque citati
apud Ugelium tom. 6. Italia Sacra col. 112.

(17) In altero Ms. nostro is annus disertè exprimitur,
qui in hoc Ms. omisssus erat. An autem & quis

A custodia vitam finivit. Athanasius autem iti-
nerans cum eis, vi febrium laborare cœpit, &
quinto decimo die expleto, omnibus flentibus,
migravit ad Dominum; cuius corpusculum ad
Monasterium Sancti Benedicti, quod situm est
in Monte Cassino, deportantes, in Ecclesiâ
Sancti Petri Apostoli ibidem constituta sepe-
lierunt Indictione quinta anno Imperatorum
(DCCCLXXII. (17)) Fuit autem temporibus Leonis, & Benedicti, & Nicolai, & Adriani
Apostolicorum. (18)

B illum numerum postea addiderit, an in ipso
autographo inveniatur, ignoro. Idcirco exi-
bic uncis inclusi.

(18) Haud dubie Joannes Diaconus vult indicare,
quod S. Athanasius sub istis Pontificibus fuerit
Episcopus: nam confat, quod sub altis eorum
predecessoribus fuerit, vel vixerit, ut culi-
bet chronologe ecclesiastica non omnino impe-
rito manifestum est.